Quelle: https://manuscripta.at/?ID=892
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



28

Et quo hystoria hic propter strictum varietatem commutet est ignota propter ipsius erratum seu principium ignoratum Idcirco sciendum et diligenter attendendum quod primitiua occasio huius translationis fuit discordia inter Imperatorem Leonem tertium et Romanam Ecclesiam circa venerationem ecclesiarum vel imaginum Leo enim tertius Imperator dicebat vel et sanctorum vel imagines minime venerandas quasi idolatrie credebat Gregorius vero tertius qui tunc Romane presidebat hoc affirmat vel sanctorum imagines venerandas In hoc siquidem suo proposito Leo Imperator predecessorum sic persuadere quod de Constantinopolim Romam venens omnes vel sanctorum imagines quas Roma tenuit abstulit et secum Constantinopolim asportauit easque per sinam iussit damnande ordinauit propter quod dictus Pontifex Gregorius et Leonem Imperatorem anathematizare propositum et totam Appuliam Calabriam et Siciliam ab eius dominio et obedientia separari fecit et quantum in eo fuit hoc opere quod minime debite adimplentur eidem et vectigalia ne sic tamen qua aute sed bene qua temeritate sollempniter interdixit Romeque congregans Synodum venerationem suarum imaginum confirmauit et violationes huiusmodi anathemate condempnauit Demum Leo predictus in hoc proposito mortuus eique successit in Imperio filius eius Constantinus quintus eiusdem cum pre proposito Et quo Imperator hic in multo Romane fauebat Ecclesie papa scilicet Stephanus Imperium Romam transferri de Grecis in Francos aliqualiter ordinauit Demente Primo postmodum Rege Francorum qui dicto Pontifici superuixit Et ideo quia ab aliquibus dicitur tempore huius Stephani fuisse translatum Imperium a Grecis in Francos intelligi debet quia fuit huiusmodi ordinata translatio non tamen opere confirmata fuit igitur huius pape Stephani tempore Imperii Romam ad Francos ordinata translatio quorum fauores et beneficia iam Romam Ecclesia sentiebant in multis

Ca. Xvi

Primus siquidem predecessor Karoli Martelli filius vir in rebus bellicis strenuus Catholicus et in mores morum honestate predarus sibi Ciceronis sententiis sibi alienam auctoritatem usurpare querentem legitur a Zacharia papa de maiore domus in Regis Francorum excellentiam sublimatus Ipsum siquidem Zacharias vt aiunt Regem Francorum Childericum non tam per sue inquietudinem quam pro eo quia tante potestatis erat inutilis a regno deposuit et predictum primum Karulum magnum premiente Latos